



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

2. Simulata, seu hypocritica paupertas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

214 Cap. XVII Vera laus paupertatis, & vana diuiciarum gloria.
discantque Christiani, ne vel in paupertato fiant impatientes,
Deumque accusent; vel in fugitiis diuitijs nimis confidant.

Ovid. lib. 3.
de Trillib.

Nempe dat, & quodcumq; liber fortuna, rapitq;
Irus & est subito, qui modo Cræsus erat.

C A P V T XVII.

S. Bernardini, de triplice genere pauperum, sententias
& Codri Cræfig. exempla.

I.

Diuicias paupertatis, paulò priùs, ostendimus Lucianum
descripsisse, more, & ore Philosophorum. Nunc coro-
nidis loco, etiam Sancti alicuius testimonio, elogia pau-
pertatis adiçiamus. Est autem is Bernardinus, Senensis, Ordinis
Minorum, ac urbis Aquilæ patronus, vir æquè sanctus ac doctus,
S. Bernardin.
Senensi. tom.
3. tractat. de
S. beatit, a. 1.
Cap. 1, 2, & 3. qui tres facit seu paupertatis, seu pauperum classes: prima dicitur
voluntaria, secunda necessaria, tertia simulatoria. Prima laudabilis,
secunda tolerabilis, tertia detestabilis. Prima pauperum Christi, secun-
da pauperum mundi, tertia pauperum diaboli. Prima cum merito, se-
cunda sine merito, tertia cum demerito. Hunc ordinem si inver-
tamus, propemodum respondebunt haec classes ijs, quæ suprà ex Hu-
gone attulimus; nisi quòd in prima alteraque classe aliquid varia-
tur. Sed tertia Hugonis, quæ præcipua est, omnino eadem est,
cum prima Bernardini, verùm cum magna paupertatis commen-
datione deducta. Omnes autem classes egregie declarant, quid sit
in hoc genere fugiendum, quid obuijs vlnis ab illis, qui perfectio-
nem amant, aut diuinæ se se prouidentiae accommodare student,
amplectendum.

II.

Bob. 18. 12.

Simulata ergo, detestabilis, diabolica, & inferno digna pa-
upertas est, seu diuitis, seu egeatis iniuti; hoc ipso pauperis, quis
cupidus & avarus est: tantum enim illi deest, quantum cupit ha-
bere; tantumque torquetur animus eius, quantum inexplebilis a-
varitia suggerit esse cupiendum. Attenuetur fame robore eius, &
inedia innadat costas illius. Nimirum auri sacra famæ istos extenuat;
& cùm non habent, quem deuorent, inedia consumuntur. Hi
quò plus habent, plus desiderant; & semper, quò plus bibunt,
plus sitiunt; sicut qui saltas maris aquas hauriunt, bibendi appre-
titus

etum semper magis ascendunt. Etsi ergo aureos montes possident, tamen contenti non sunt, & simulant, se etiam ijs egere, quæ recondiderunt, dum verè egerint eo, quod optant, atque idcirco cruciantur. Hoc est, quod Propheta ait: *Simul in unum, diues &* *pauper.* *Plat. 43.* *Diues in auaritia, pauper in substantia.* Parum enim illi videtur esse, quod habet; multum quo caret. His Apostolus scribit, *nullius aliquid desideretis.* Addit glossa: *Nedum rogetis, vel tollatis.* *Theffal. 1.* Quo loco prohibet cupiditatem rei alienæ, iuxta illud: *Qui furabatur, iam non fueretur.* *Ephes. 4.* *Magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat, unde tribuat necessitatem patienti.* Spectant ergo ad hanc classem pauperum, omnes fures, prædones, exactores iniqui, quia deest illis id, quod volunt clepere, rapere, prædari, aut importunissimè exigere. Spectant huc omnes auari, & ipsi etiam, qui in ponte sedent ad stipem exigendam, cùm thesauros seruent sub centonibus, & à verè indigentibus eleemosynas auertant. Quin nec illos hinc religiosos excludit D. Bernardinus, qui vt conuiuijs possint vacare, & cuticulam suam curare, nequaquam, vt pauperes decet, coniuuantur; atque ad hoc subditos suos nimiope grauant. Horum meritò omnium vocat sanctus ille hypocriticam & falsam paupertatem; quæ execrabilis est, & diabolica, cui non promittitur *regnum celorum,* sed caminus ignis ardantis. Nam tales cum diuite illo in inferno sepeliuntur.

Secunda paupertas, varijs de caussis, est necessaria. Neque enim facta, sed vera est, & vel non optanti venit; quia illis hereditaria est, aut propria culpa, aut casu, aut certè diuino consilio & prouidentia accidit. Nonnulli enim à quatuor auis sunt pauperes. Nonnullos tesseræ aut astragali, aut ludus pilæ fecit pauperes. Quibusdam diuitiae per guttur defluxerunt. Quosdam naufragia, quosdam incendia, quosdam bella atque hostes, quosdam tutores, quosdam fures ad incitas redegerunt. Denique mille sunt scopuli, ad quos opes alliduntur. Itaque isti à D. Bernardino vocantur *pauperes huius mundi,* de quibus dicitur: *Pauperes semper habentis vobiscum.* *Iean. 12.* Hæc paupertas est simplex carentia diuinarum; malis, & malè se in ea gerentibus mala; bona bonis ac patienter eam fermentibus. Aliqui enim, ob inopiam, se domi continent, aut in eis concedunt, vitant publicum, &c, sicut vesperationes apud *A. I. soprum*

III.